

## De artificibus et rebus artificialibus

366

refrieret et corrumpetur. Sic qui tantum amat carnem suam quae in quiete et delictis vult eam seruare nec letitijs et laboribus vult eam exponere: nihil ex ea nisi corruptionem habebit: Matth. x. Qui voluerit animam suam: id est animalem vel corporalem vitam saluam facere perdet eam. et qui perdidit animam suam in hoc mundo inueniet eam: scilicet in futura gloria. quasi dicat agricole: frumentum si perdis seruas: si feminas inuenies: Job. xij. Nisi granum frumenti cadens in terram motum fuerit ipsum solus manet. Item caro non delectabilibus et blandis: sed amaris et afflictius conseruatur a corruptione tentationum et vitiorum sicut frumentum in horreo non cum dulcibus et lenius sed cum asperis et amaris folijs et succis preseruatur a putrefactione et lesione curculionum et aliorum vermium. Docet enim Palladius in libro suo de agricultura: quod si factis granarijs amurca luto mixta parietes linantur: cui aridi oleastri folia vel oliue pro paleis adijciantur: quo tectorio siccato rursus amurca respergatur: et ubi hec siccata fuerit frumenta condantur a curculionibus et alijs vermibus tuta seruabuntur. Item herba conica ut greci asserunt substrata frumentis addit etiam. Constat enim quod et oleastri et oliue folia amara sunt et etiam amurca. Conica est etiam herba letalis: que cum tritico generatur qua tamen turdi vescuntur. vnde si militer caro nostra amaris et mortificatiuis a vitijs preseruatur. vnde Apulus dicebat Colof. iij. Mortificate membra vestra.

Item negat Columella quem Palladius in libro suo frequenter allegat ventila da esse frumenta: quia magis miscentur animalia totis acervis. que si non moneantur in summitate intra mensuram palmi subsistent: et hoc velut corrupto coquo cetera illesa durabunt. Et asserit idem noxia animalia ultra predictam mensuram non posse generari. Sic etiam fuerunt quidam feruētissimi sancti: qui quasi nullius ventilationis refrigerium carni sue prestare voluerunt. Voluerunt enim potius ipso exteriori cortice: id est carne mala sentire quam tentationum et vitiorum puncturas et corrosiones ad mentis sue intima penetrare. sicut patet de beato Hermanno Altisiodorensi. et Dylarione: et beato Martino et quibusdam

alijs qui laboriosissimam et austerissimam vitam duxerunt continue: sed tamen Palladius dicit quod nihil tam diu custodiendis frumentis commodius erit quam si ex aere in alterum vicinum locum transfusa refrigerentur aliquantulis diebus atque ita horreis inferantur. In quo signatur quod non est imperfecti qui sunt similes frumento quod in area trahitur: non sunt in tanta austeritate et artitudine tenendi: sed interdum ad breue spatium temporis aliqua recreatio ne refrigerandi: et post hoc ad horreum asportatis et laboris reducendi. ex hoc enim feruentius laborabunt et magis etiam consolati in labore perseverabunt. Seneca: Non semper in actu sis: sed interdum animo tuo requies dato: Sed et ipsa requies plena sit sapientia bonisque cogitationibus. Item caro est pro salute anime periculis et aduersitatibus exponenda. Nam pugnator clypeum diligit et charum habet: sed non tantum quod non exponat ictibus ut corpus seruetur illesum. Sic caro aduersitatibus et periculis exponenda est ut anima seruetur illesa et indemnis. vnde Apulus dixit Act. xij. Vincula et tribulationes hierosolymis meminerunt: id est expectant: sed nihil horum vereor: nec facio animam meam: id est vitam animalem et corporalem preciosiores quam me id est quam vitam meam spirituales.

Capitulum: IX

**C**lerici et episcopi debent ornari illis vestibus spiritualiter quibus pontifices et ministri iudeorum ornabantur et vestiebantur corporaliter. Habebat enim tunc pontifex octo ornamenta. Primo enim habebat vestem lineam. Secundo tunicam hiacynthinam: in cuius extremitate versus pedes ponebantur tintinnabula quodam per circumlitum: et malapunica facta ex hiacyntho et purpura coccoque bis tintincto. Tertio habebat superdumerale quod tegebat humeros et anteriorem partem versus ad cingulum: quod erat ex auro et hiacyntho et bysso retorta. Et super humeros habebat duos onychinos in quibus erant sculpta nomina filiorum israel. Quartum erat rationale ex eadem materia factum: quod erat quadratum et ponebatur in pectore et circumlitum superdumerali. Et in hoc rationale erat. xij.